



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

In facie peculiariter animæ imaginem relucere. Colloq. XLIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

*Deus ho-
minis pul-
critudinē
diferfi-
modē in
corpore
depinxit.*

nisti, & tute ipse vt clarius adhuc
apertiusque demonstrem faces mi-
hi ac stimulos subdis. Cum itaque a-
nimam studiosissimē donis spiritua-
libus exornasset, coloribus viuis ac
lucidissimis admirando artificio
collustrasset, libuit eam illi in cor-
pore exprimere, quo nos excellen-
tissimi huius operis spectatores, stu-
pendam artificis bonitatem agno-
sceremus, sapientiam suspicere-
mus, & liberalitatem continuo ad-
amaremus. Primum itaque celestem
illam animæ venustatem stupenda
corporis rectitudine & habitu ad-
mirando adumbravit: secundo in
medietate earum partium, quas ex-
plicauimus: ac denique specialiter
in facie & manu, quam modo nos
inaginem contemplaturi accedi-
mus & admiraturi.

*In facie peculiariter anima imaginem
relucere.*

COLLOQUIVM XLIX.

THEO.

CVR nunc itaque facies pecu-
liarem quandam cum anima
correspondentiam habere vi-
dea-

deatur, ipse Moyses author & causa
est, qui de creatione illius historiam
texens, ait: *Deum postquam hominem
è limo terræ excitavit, inspirasse ei in
faciem spiritum vitæ, & hominem vi-
uere incepisse:* nam cum certum ac
indubitatum sit animam per totum
corpus fuisse diffusam, cur solius
faciei mentio iniecta est, nisi quia
animæ imago est, atque ad eam
pars, ubi anima principaliter vide-
ri gessit, ubi sensus exteriores & in-
teriores monstrantur, ubi omnes
commotiones facultatum & affe-
ctionum internarum apparent; er-
go non aliter quam in horologio a-
liquo horas ex abditis rotulis colli-
gimus, & in anima imaginem Dei
relucere dicimus, ita præcipuè in
facie animæ effigiem asserimus re-
splendere. Unde sicut in toto homi-
ne nihil speciosius anima inueni-
tur, ita in corpore nihil venustius
quam facies potest reperiri. Est er-
go facies naturæ spiritualis, specu-
lum lucidissimum, repræsentans ad-
viuum omnes facultates habitus,
passiones & commotiones vniuer-
sas.

sas.

fas. Est illa capitis frontispicium, in qua anima aulam suam erexit, in qua pulcherrimas functiones rationis, consilij, & alias obit atque exercet, & sicut ei cum maiore splendore ac magnificentia dominatur, quam reliquo corpori vniuerso, ita diuinus ille Architectus quo plane cognosci & coniectari posset, veram intus esse sedē & palatium Reginae interioris, in ipso vestibulo Maiestatis suae ancile statuit, omnes suae nobilitatis & excellentiae titulos velut elenchus quispiam declarans. Ancile autem ipsa facies est, quae instar compendij alicuius multo quam perfectissimi omnem decorem corporalem ita complectitur, sicut anima spiritualem. Pulcritudo porrò totius corporis in tribus fundamentis ceu basibus tribus consistit, in varietate, in coloribus, & iusta partium proportionem. Quod si ita est, ut omnino est, potestne reperiri aliquid, in quo plures partes aequè pulchrè ac venustè coagmentatae sint, quam in facie, quam in vultu? In hac

*In tribus
corporis
pulcritu-
do con-
sistit.*

hac quinque sensus & illius organo depinguntur: in hac varietas ostium, cartilaginum, musculorum, neruorum, arteriarum, venarum, pellium, pilorum insigni cum positionum, figurarum ac situum diuersitate spectatur: frons pulcherrimè ad rotunditatē accedens altissimum locum sortita est, velut thronus rationis: sequuntur hanc oculi, vt proximæ illi⁹ faces & lucidissimæ stelle: tertiū locum aures occupant, velut auditores & præcipui officiales: quartus in ordine nasus est, canalis quidā odorum, & ianitor flatuū ad pulmones intrantiū: os reliquis humilius & depressius, molaribus suis probè instructum, custos linguæ & dentium, quò articulatè vox animæ internuntia exprimatur, & molinum stomachi rectè curetur, à quo salus & incolumitas corporis vniuersi depēdet. Supercilia instar duarum pulcherrimarum Arcadum cetero loco & operculum quasi oculorum sunt: nasus altus & exaggeratus pulcherrimè ea diuidit. Aures à posteriore parte calices quidam

*In facie
mirabilis
varietas
partium
spectatur.*

Frons.

Oculi.

Nasus.

Os.

Supercilia.

Nasus.

Aures.

dam

dam sunt & testæ, ac in solo homine immobiles, continuo patulæ & hiantes, ac velut nares aerem, ita quoque ipsæ sonos & voces excepturæ.

Genæ & mentii.

Genæ & mentum singulari prerogatiua vni homini attributa, partis huius nobilissimi frontispicij & excellentissimi ancilis decorem con-

Colorum venustas in homine.

summant. Iam quod ad colores, vbi illi venustius, vbi elegantius in vniuerso corpore aspersi videtur, quam in facie? Nam & oculi colorem nigrum referant, & candore venustissimè collucent, & vero pro diuersitate hominum modo virides, modo rufi, modo ignei sunt. Iam supercilia, iam barbæ, sicut experientia docet, nigricant, castaneas, aurum & argentum referunt: tota verò facies rubicunda minio proxima est, & in omnibus partibus speciosissimè variegata. Iam in proportione & sym-

Proportio accurata partium faciei.

metria quæ cura adhibita, quod studium ab immenso illo Artifice non impensum in admirabili hoc opere esse videatur? partes vniuersæ iucundissimè se inuicem respectant & coagmentatæ sunt: oculus dexter eadem

eadem quantitate sinistram refert,
 qualitatem eandem, & motum nun-
 quam dissimilem habet: auris au-
 rem non excedit, inter nares dissi-
 militudo nulla est, labium labio,
 gena genæ, supercilium supercilio,
 nec maius, nec minus est: magnitu-
 do oculi, oris magnitudo ac mensu-
 ra est: latitudo frontis, nasi longitu-
 do est: longitudo nasi labiorum &
 menti perfectissima mensura. Est
 ergo proportio hæc adeo venusta,
 adeo diuina, vt hæctenus semper &
 adhuc omnibus architectis & ex-
 cellentibus artificibus, modulus ac
 forma sit, secundum quam, ædificia
 sua venustissimè dirigere, æquare,
 crispare, variegare, & quasi aliquo
 mundo architectonico possint ex-
 ornare: quemadmodum etiam cor-
 pus absolutissimum prototypon
 semper fuit, in proportionibus ob-
 seruandis, magnitudinibus mensu-
 randis, longitudinibus, latitudini-
 bus, ac altitudinibus tam narium
 quam ædificiorum accuratissimè
 adhibendis. Videmus id euidenter
 factitatum in Arca Noe, vsuuenif-
 se in

*Proportio
 partium
 in vultu
 multorum
 operum
 paradigma.*

*Proportio
 corporis
 humani
 ædificio-
 rum pro-
 totypon.*

*Arca
Noe se-
cundum
proportio-
nem cor-
poris hu-
mani a-
dificata.*

S. Amb.

l. de Noe.

S. Aug. l.

15. civ. c.

26 & l.

12. cont.

Faust.

Manich.

** Gen. 6.*

THEO.

*Oculi
imagines
Intelle-
ctus.
Quod o-
culi in*

se in Tabernaculo* Moysis, observa-
tum in templo Salomonis, & in ple-
risque alijs structuris veteris Testa-
menti insignioribus & celebratis.
Ecce tibi iam nunc itaque effigiem
animæ multò quam floridissimam
in facie studiosissimè delineatam;
nunc tempus admonere credo vt de
facultatum imagine etiam dicen-
dum esse aliquid videatur.

*In facie Imago Intellectus prima ani-
mæ facultatis adumbrata.*

COLLOQVIVM L.

NAE tu verò Creatorè illum
& Architectum, ingenio-
sum admodum, vt ita di-
cam, fuisse arbitraris, qui in facie
non modo animæ imaginem specio-
sissimis colorum luminibus deli-
nearit, sed omnes etiam facultates
eius quam accuratissimè in illa ad-
umbrarit? quid tu enim oculos a-
liud repræsentare putas quam In-
tellectum? Idem enim vtriusque ad-
modum officium est, & quod iste in
anima præstat, hoc illi in corpore
studio-